

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ipocrisis c
cum fontibus proximo et primo

Seneca eo dampnabilius colebat ydola,
quo illa que mendaciter agebat,
sic ageret, ut cum populo ueraciter agere existimaretur.

Augustinus libro VI. de ciuitate Dei.

Unde Augustinus dicit contra Senecam, in VI *de Civ. Dei*,
quod eo damnabilius colebat idola,
quo illa quae mendaciter agebat
sic ageret ut cum populo ueraciter agere existimaretur.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*,
94.2 (P. Caramello ed., p.448).

Sed iste, quem philosophi quasi liberum fecerunt,
tamen, quia inlustris populi Romani senator erat,
→ colebat quod reprehendebat, agebat quod arguebat,
quod culpabat adorabat;
quia uidelicet magnum aliquid eum philosophia docuerat,
ne superstitiosus esset in mundo,
sed propter leges ciuium moresque hominum
non quidem ageret fingentem scaenicum in theatro,
ed imitaretur in templo;
← eo damnabilius,
quo illa, quae mendaciter agebat,
sic ageret, ut eum populus ueraciter agere existimaret;
scaenicus autem ludendo potius delectaret,
quam fallendo deciperet.

Augustinus Hipponensis, *De ciuitate Dei*, 6.10 (CCSL 47,
B. Dombart ed., p.183, ll.84-94).